UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus, Austrasius

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Cap. XVI. Quam immobilis fuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

Visual Library

amentem factum, ſequi falſarium & impoſtorem illum *Norbertum*, tam ſublimem huius mũdi gloriam ſtultè deſerere, ſequi deſolatos, & quaſi acephalos relinquere? Verum inter omnia hæc athleta noſter dum omnes excipit aſſultus, permanet eiuſdem patientia fortis ad omnes telorum nimbos, reddit & has contra venerando pectore voces: *Si diligeretis*, inquit, *me, gauderetis vtique, quia ad* Deum meum tendo, quia naufragium ſæculi huius præterire deſidero, quia creatori meo proximari cõcupiſco.

*Ioan. 10.*

## Cap. XVI.

### *Quam immobilis fuerit.*

*An. 1122. Et eſt in To. 7. Sur. 21. Epiſc. Monaſt.*

IN die vero Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis *MARIAE*, quæ ſumma nobis eſt ſolemnitas, quando & huius loci ambitus ab Antiſtite conſecratus eſt, quis digne commemoret, quales tentationum impetus, quantos impulſionum fluctus euicerit, a-

liis

liis cum hinc trahentibus, aliis inde retrahentibus, ac mira improbitate ſuggerentibus, ne tantæ honeſtatis, tantæque ſpectabilitatis caſtrum deſereret, cum & ipſe Antiſtes carnem ſapiens, & cor in terra trahens alterius ei manſionis concambium repromitteret. Sed *CHRISTI* miles inuictiſsimus, & vere ſuper *CHRISTVM* fundatus, inter imbres & flumina, tot quoque ventorum flamina immobili perſiſtens tolerantiâ, *nec terrore teri potuit, nec turbine frangi.* Can. 8. *Fortis enim eſt vt mors dilectio, & aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.* Nihil ſeruo Dei de multiplicis poſſeſsionis ſuæ complacebat ſpecie, quia ſola pretioſæ margaritę, hoc eſt, caritatis diuinæ claritas fulgebat in mente. *Miniſteriales* centum & quinque, præter alias donationes glorioſas, cum ſufficientiſsimis poſſeſsionibus Monaſterienſi Eccleſiæ donauit, præter eos, quos Eccleſiæ Colonien-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nienſi, aliiſque locis, prout ipſi orauere, contradidit.

## CAP. XVII.

### *Qualiter in cœnobio vixerit.*

TAndem ergo *compoſitis rerũ morumque ſecundis in commune bonũ* poſtquam à concuſsione dura reſpirare datum eſt illi; *clauſtroque fouere pacificos ſenſus, & in otia ſoluere curas,* quãtum purgatiſsimis moribus enituerit, Deũ teſtor, quod humani ſermonis inopia nullatenus explicabit.

## CAP. XVIII.

### *De humilitate eius.*

STudebat primum in omnibus ſui deſpectũ appetere, indigna quælibet atque extrema ſeruitia non abhorrere, oblatam ſibi à fratribus venerationẽ humillimè declinare. Alto enim corde retinuit, quod à Magiſtro humilitatis accepit dicente: *Diſcite à*

*me,*